Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

MARCVS.

Initium evangelii iesu christi filii dei. sicut scriptum est in esaia prophetia. ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui parabit viam tuam ante te. vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius. fuit iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. et egrediebatur ad illum omnis iudee regio et hierosolimite universi et baptizabantur ab illo in iordane flumine confitentes peccata sua. erat iohannes vestitus pilis camelorum et zona pellicea circa lumbos eius et locustas et mel silvestre edebat et predicabat dicens. venit fortior me post me cuius non sum dignus